

Q. D. B. V.

CONSUL ET SENATUS REIPUBLICÆ ZITTAVIENSIS LECTORI SALUTEM.

* * *

Superba Neronis erat vox, postquam aureum suum edificium dedicasset, UT HOMINEM TANDEM HABITARE COEPISSE. *Sueton. Ner. cap. 31.* Qui enim externum cultu singula metiebatur, summumq; hominis bonum in circumfuso splendore collocatum existimabat, mirum non est, pro bestiis habuisse singulos, & velut in antris & speluncis, in angusto habitaculorum carcere sese patentur concludi. Caterum quicquid sit de aureis ædium elegantis, quas sapientissimus quisq; aut contempsit, aut neglexit; habet inclyta nostra Respublica, cur Sermonem non dissimili de pulchriore habitatione tum Civibus, tum externis quoq; & vicinis gratuletur, quoties ad Scholam integro abhinc seculo instauratam & illustratam convertit oculos. Sicut enim interna illa hominis perfectio, quam fovet animus, ad cœlestem dignitatem propius accedit; pari modo in exiguis sæpe casulis deprehensa est commoditas Regalium, si ab incolentium doctrina aut probitate, laquearum fumosa facies illustraretur. Inde ad ædes Georgii Sabini Poëtæ excellentissimi non immerito adscripta leguntur Francofurtenses:

Parva quidem domus est, sed in hac habitante SABINO

Calliope sedem gaudet habere suam. Chytr. Delic. p. m. s.

ac non modo Ludus Thuringiæ illustris Porta, quasi PORTA COELI appellata; (*Fabric. Orig. lib. 9. p. 98.*) Sed ubicunq; locorum ad cœlestia adspirant homines, ibidem Portam s. Arcem reperiri, Portam Ottomannicam non parum sublimiorem, certissimum est. Equidem, ut redeamus ad Scholam nostram, regnabat apud Majores nostros circumspicua aliqua Simplicitas, nec omnino aberat illa Juventutis cura, quam, velut in firmo ædificio, publicæ Salutis fulcrum prudentiores appellant: Interim, quæ seculorum superiorum erant fata, omnis Informantium sedulitas intra legendi, scribendi, & meditandi exercitium acquiescebat, ac proinde satis videbatur eruditus, qui leviora sua rudimenta sic possit ostendere, ut saperet ultra crepidas aut incudes. Quamobrem, si ut homo is demum habitat, qui universis humani ingenii ornamentis operam impendit suam; nunc sanè multo humanius instructa erudita nostra habitacula, ne negaverit, nisi cujus obtusa mens ad meridiem magis cœcurit, quam ad orientem, novam subinde pulchritudinem succrescenti Juventuti fœnerarentur. Vivit adhuc in hominum memoria JUNIUS, futurus clarior, nisi incomparabilem GERLACHIUM habuisset successorem. GERLACHIUM in omni, præsertim politica, quantum Antecessor in expedita Solertia. KEIMANNUS non poliori literaturâ, splendidissime versatum excepit PREILIUS, tantum præstans in solidiore Politia, quantum Antecessor in expedita Solertia. KEIMANNUS non Rectorem novum attulisse, sed sub nova facie PREILIUM restituisse, illi judicare, quibus Arum tempora non fuerunt incognita. Ultimus deniq; in hoc Rectorum ordine VOGELIUS quid in splendorem Scholasticum contulerit, satis est è vivis Studiosorum ac Adolescentium tabulis legere, quam longiore Scriptura impræsentiarum expedire. Utinam ulterior Sanitas corporis ædificium reddidisset firmum magis & ornatum, ut in tempore de viro idoneo cogitarent, cujus industria sanctum è vivis cœlestiq; palatio insertus, multis reliquit desiderium, Patribus conscriptis novam imperheret. Cui negotio cum in nomine SACROSANCTÆ TRINITATIS admoverentur manus, occurrit Senex optimus & de Gymnasio nostro per quadraginta annos benemerentissimus DN. ELIAS WEISE, qui ut extaret domesticum quoq; fidelitatis documentum, Filio primogenito DN. M. CHRISTIANO WEISE instillavit virtutis & eruditionis præcepta, ut per integrum ferè novennium Lipsiensibus Musis adhærere, uno anno vitam aulicam sequi, octo deniq; annos in celestimo Augusteo Spartam Professorem exornare, adeoq; absens in laudem Patriæ multa contribuere potuerit. In hunc igitur Paternæ diligentia Phœnicem singulorum linavere suffragia, ut transmissâ vocatione in Patriam invitaretur, ostensisq; Gymnasii fascibus ad Architecturam Scholasticam exposceretur. Neq; obstitit Vir Clarissimus nostræ expectationi, quo minus Rector esse mallet quam Professor, si ve Patriæ amor, sive Fautorum memoria, sive Parentis cura pertvadendi firmissima Argumenta contulit. Nuper enim Accessu suo Salutem nobis dixit, vicinamq; Scholæ habitationem ingressus, nihil expectavit, nisi præviam solennitatem, quâ, more solito, tum oceribus ac Civibus, tum præcipue studiosis Adolescentibus ostenderetur DEOq; solennibus votis publica hæc salus commendaretur. Ne igitur officio nostro videremur esse, diem XIX. Julii Inaugurali huic festivitati consecravimus, ac proinde omnes literarum Patronos, Fautores & Cultores sive rogamus, sive monemus aut jubemus, velint finitis in templo proximo sacris aliquas horas laudabili huic ætui impendere, gratâq; præsentia futuræ felicitatis omen afferre. Ipsa enim pietas, cujus prium hic erit officium, sibi met futura est pulcherrima merces, ut de affectu reciproco multa polliceri non sit opus. DEUS fervet Patriam, & cum Patria Posteritatis sinarium. P. P. Dom. VI. post Trinitatis M. DC. LXXVIII.

Typis MICHAELIS BTMANNI.

9.

REIPUBLICANIS
LECTORIS
CONSUL ET
ENATUS

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

